

351 Rep. in *Old Carlisle*, servata in *Wigton Hall*.

.....
 pro sal. imp. domini nostri
 m. aur. antonini pii felicitas
 aug. sub. . . . marco leg. eivs cvr
 5 praef. alae avg.
 t. y. imp. antoni
 no augusto iiii balbino ii cos. p. C. 213

Hodgson 2, 3 p. 236; Bruce in schedis. Supplevi paucis usus quae Hodgson praeivit.

V. 3 . . . nominatur fortasse Marcus(?) legatus Caracallae, qui redit in miliario eiusdem anni Aesicensi. In fine R, post c(larissimo) v(iro), fortasse est.

6 TV·IMP·ANTONI Hodgs.

352 In *Old Carlisle* GENT. MAG. Servata in *Wigton Hall* BRUCE.

IP AEII
 SEPTIMIANVS
 RVSTICVS PREF
 MATERNO ET BRA
 5 DVA COS p. C. 185

G. S(mith) *gent. mag.* 25, 1755 p. 360 et T. T(omlinson) *ibid.* 27, 1757 p. 221 tab. fig. 1 (inde Goughs *Camden* 3 p. 440 tab. 23 fig. 3); *gent. mag.* 55, 1785 p. 502 male; Lysons *Cumberl.* p. 158, 94 (inde Newton p. 107, 14); Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 408 in tab. fig. 15; Hodgson 2, 3 p. 236; Bruce in schedis qui non vidit quae litteris inclinatis dedi. Supplevi ego.

2 SEPTIMIANVS *gent. mag.*, EPTIMIANVS Lys., SEPTIMIANVS Hodgs.; unde correxi, nam *Septimianus* gentile ferri potest. 3 PRAE Hodgs., PREF etiam Bruce. Praefectum puta alae Augustae.

. . . ala Aug(usta) cu[i] p[rae]f[ect]us *Septimianus Rusticus praefectus*. *Materno et Bradua co(n)s(ulibus)*

353 Rep. apud *Oulde Carleile* (GRUT.), servata apud *Ilkirk* CAMD. In *Drumburgh?* HORSL. In *Conninggarth* near *Old Carlisle* SMITH. Near *Old Penrith* (aut near *Wigton*) in a farm house to the north POC. Videtur periisse.

D M
 M A B L I
 N I V S E C
 V N D V S
 5 E Q V I S
 A L E A V G
 S T E S T I P

Camden ed. V (1600) p. 697 (Grut. 551, 8 'a *Camdeno*'); Horsley p. 279; Goughs *Camden* 3 p. 440; G. S(mith) *gent. mag.* 18, 1748 p. 179 male, melius 'Cornubiensis' *ibid.* p. 266 (inde Hodgson 2, 3 p. 238); Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 407 in tab. fig. 11. 12; Poccocke *cod. mus. Brit. add. ms.* 15800 f. 37.

2 Nomen restitui exempli causa; nam *Mabli-nius* certe corruptum est.

D(is) M(anibus) Ma[rt]inius? Secundus equ[e]s ale Aug[ust]e stip(endiorum . . .) [ann(orum)]

354 Inter titulos ad *Old Carlisle* pertinentes HUTCH. In *Mr. Crosswaite's museum at Keswick* LYS. Servatur in *Lowther Castle* FRANKS.

D M
 A M A T I V S
 I N G E N V V S
 A N N O R W M
 5 L X T V M V L W M

Descripsi ex ectypo ab A. W. Franks misso. Hutchinson *Cumberl.* 2 in tab. ad p. 410 fig. 20, in textu non memoratur; Lysons *Cumberl.* p. 160, 140 ligaturis solutis, qui adnotat non constare unde provenerit. Hoc loco collocavi secutus Hutchinsonem.

2 Utrum *A. Matius* an *Amatius* legendum sit in ectypo vix diiudicaveris; hoc tamen veri similis, nam punctum certe non tam clare legitur, ut illud necessario sit praefendum. 3 ANNORWIII Hutch. 5 LVI IVMVLWM Hutch., LXI TVMVLWM Lys.

355 In *Old Carlisle* rep., in the possession of the *Rev. Richard Matthews of Wigton* LYS. Servata in *Wigton Hall* BRUCE. Litteris aetatis recentioris.

TANCORIX
 MVLIER
 VICSIT ANNOS
 SECSAQINTA

Lysons *Cumberl.* p. 159, 26 (inde Hodgson 2, 3. p. 238; *Archaeologia Aeliana* append. I 1822 p. 5); C. R. Smith *collect. ant.* 1, 1848 p. 200 et 2, 1852 p. 196 tab. 48 fig. 9; Bruce *wall* p. 363.

356 Inter titulos repertos in *Old Carlisle*. Videtur periisse.

ANOS XXXXIV : BOVON
 FIL AEI ML NIMLIXISAVR
 SEITVMILTMAVRICO
 NIVX PONENDVM
 5 VPAVTRVNT

Hutchinson *Cumberl.* 2 in tab. ad p. 410 fig. 19.

357 In *Old Carlisle* rep., servata in *Wigton Hall*

D · M

Bruce in schedis.

358 *Old Carlisle*.

CONIVX EIVS
 CVRAVIT

Lysons *Cumberl.* p. 160, 134 (inde *Archaeologia Aeliana* appendix 1, 1822 p. 5) qui profert sine indicatione accuratior.

XXXII. MORESBY.

Accedunt *Barrow Walls* prope *Workington*.

Ut regiones mediterraneae ad meridiem a vallo Hadriani sitae, ita etiam ora maris Hibernici castris Romanis munita erat. A *Whitehaven* portu versus orientem, sed non procul ab ora, situs est *Moresby* vicus hodie exiguus; ibi prope castrorum reliquiae sunt (cf. Goughs *Camden* 3 p. 421. 482; Bruce *wall* p. 372), quae propter nominis quandam similitudinem *Camdenus* iam composuit cum *Morbio* notitiae (p. 113* 4 cf. Böcking p. 861*), ubi praefectus equitum catafractariorum ponitur. Ea causa fuit *Stukeleio* tituli n. 364 interpolandi; probabilis est saeculo secundo tertioque cohortem alteram *Thracum* in castris ibi fuisse (cf. n. 363. 364), quae una cum legione vicesima (n. 362) munimenta videtur erexisse; cohortem enim illam in *Britannia* militasse diploma a. 104 testatur, neque alio loco stativa eius fuisse scimus. De cohorte II *Lingonum* (n. 359) dictum est supra c. XX (p. 54) videri eam *Olicanae* (*Ilkley*) in castris fuisse. Potuit inde sane huc transferri, cum valli opus ab *Hadriano* susceptum est. Atque quod notitia (p. 114* 20) praefectum

eius *Congavatae* ponit, inde non inepte quis coniecerit *Congavatam* illam aliunde non notam in *Moresby* esse quaerendam. Inter valli ipsius enim stationes ab antiquariis *Britannis* numerari solet necessitate nulla; ut infra demonstrabitur. Sed cum alii praeterea cohortis II *Thracum* (n. 363. 364) ibi prodierint tituli (cf. etiam n. 365), nomen vetus castrorum ad *Moresby* sitorum adhuc incertum esse statuendum est.

1. CAMDENUS titulos aliquot aut vidit ibi aut inde accepit (n. 359. 360. 365. 366), qui postea perierunt.

2. HORSLEIUS (ex quo hic quoque ut solet pendet *Warburton*) unum tantum (n. 364) indagavit, unumque addidit

3. HODGSON (n. 362), quem secutus est

4. BRUCE addens duos (n. 361. 363), quorum alter ad *Barrow Walls* prope *Workington* repertus probabiliter ab eo creditur pertinuisse ad castellum aliquod minus cum castris ad *Moresby* coniunctum. Ego *Moresby* non adii.